Ut inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare dígneris, te rogamus
Ut regibus et principibus christianis pacem et veram concordiam donare digneris, te rogamus
Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris, te rogamus
Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare et conservare digneris, te rogamus
Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas, te rogamus
Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rogamus
Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab æternâ damnatione eripias, te rogamus
Ut fructus terræ dare et conservare digneris, te rogamus
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus
Ut nos exaudire digneris, te rogamus
Fili Dei, te rogamus
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster, etc., etc. — ℣. *Exultabunt, etc.* (page 11.)

IMPRIMATUR: Marianopol. 9 Dec., 1882.
L. A. MARECHAL, V. G.